



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 21. Articulus VIII. De lectione S. Scripturæ & celebratione Divini Officii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67659)

Sæc. XVIII. vatio, secus contemneret illa, si
A.C. 1720 excommunicatione solvi non con-
deret.

Hi ergo sunt errores circa excom-
municationem, quos Bulla proscripti-
fimulque hæ sunt Regulæ, quibus us-
quaquam Bulla adversatur.

§. XXI.

Articulus VIII.

De lectione S. Scripturæ & celebra- tione Divini Officii.

Hanc lectionem ipsa S. Scriptura^(a)
& SS. Patres^(b) fidelibus commu-
darunt, & S. Augustinus^(c) monet,
omissis & repudiatis theatricis nugi
poeticis, divinarum Scripturarum con-
ratione & tractatione pascamus animum.

(a) Josue cap. 1. v. 8. Joan. c. 5. v. 31.
Act. c. 17. v. 11. 2. Tim. c. 3. v. 15.

(b) Orig. hom. 9. in lavit. l. 4. contra Ca-
S. Chrys. Conc. 3. de Laz. Hom. 23. in Gen.
& alibi. S. Aug. l. 6. Confess. c. 5. & 16.
c. 20. in Gen. ad Lit. l. 5. c. 3. n. 6. Ep. 15.
ad Volus. c. 5. n. 17. de Civit. l. 15. c. 25.

(c) S. Aug. l. de vero Relig. c. 51.

Pontifices (d), necnon S. Greg. (e) ait: *Sæc. XVIII.*
Studete fratres charissimi Dei verba medi- A. C. 1720.
tari, nolite despicere scripta nostri Redem-
ptoris, quæ ad nos missa sunt.

Ecclesia hunc thesaurum suis filiis
 non abscondit, & recens ad fidem con-
 versi, quibus adversam opinionem qui-
 dam inspirare nituntur, ex nostris Dog-
 maticis libris, ex tot Scripturæ versio-
 nibus per Episcopos probatis, ex Eccle-
 siæ Gallicanæ praxi, quæ neo - con-
 versis Biblia, defuncti Regis dono, im-
 pressa tradit, veram Ecclesiæ mentem
 hac in re agnoscerre poterunt (f). Ma-
 jori Zelo pro lectione S. Scripturæ Ec-
 clesia Romana fertur, quam hæretico-
 rum societates; semper tamen hæresi
 prævalet ejus prudens cautela, qua
 juxta temporum vicissitudines abusibus
 hujus lectionis obstat, & a suis Filiis
 pro fructuosa S. Scripturæ lectione, e-
 jusque intelligentia spiritum dependen-
 tiæ

(d) S. Clem. Ep. ad Cor. tom. I. Conc.
 Labb. p. 151. & 155. S. Greg. Hom. 15. in
 Ezech. & Præf. in l. Mor. Ep. ad Leandr. l. 9.
 Epist. 75. l. 4. ep. 40. Inuoc. III. l. 2. ep. 141.
 142. Greg. IX. ep. 6. tom. II. Conc. Labb.
 pag. 324.

(e) Hom. 15. in Ezech.

(f) Replique du Card. du Perron. Contr.
 du Card. Richelieu.

Sæc. XVIII. tiæ & submissionis exigit. Id Ecclesia
A.C. 1720. semper observavit, & Bulla confirmata
 dum falsa quædam damnat principia
 & corruptelas, circa quas necesse est
 ut fideles instruantur, eisque explicatur
 exceptiones, ut erudiantur populi
 & perversa hæreticorum consilia eveniantur.

*Contra**Propositio:**LXXIX.**LXXX.**LXXXII.**LXXX.**LXXXI.**LXXXIII.*

I. Quamvis hæc lectio sit utilissima
 & a SS. Patribus maxime commendata,
 non tamen omni tempore, loco, &
 omnibus personis adeo est necessaria,
 ut sine ea rudissimi salutem suam operari
 nequirent; nam, ut ait S. Irenæus^(g)
 assentientiū huic ordinationi multæ gentes
 barbarorum, eorum, qui in Christum credunt,
 sine charta & atramento scriptam habent
 per spiritum in cordibus suis salutem, &
 veterem traditionem diligenter custodiens,
 in unum Deum credentes &c. & S. Augustinus^(h) ait: *Homo fide, spe & charitate subnixus, eaque inconcussa retinetur,*
non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. Itaque multi per hæc tria etiam in
solitudine sua sine Codicibus vivunt.

Lectio S. Scripturæ est veluti pars
 ad diei Dominicæ sanctificationem uti-
 lissima: Hæ dies sunt Domini, & pro-
 borum

(g) Lib. 3. advers. hæref. c. 4. n. 2.

(h) L. 2. de doctr. Christi in Praefat.



Eccl^eonfir^m principⁱo cesse ex^plⁱc^oir popu^lilia eve^{nt} utilissim mendata loco, & eccl^{esi}aria, uam op^{er}enæus^(j) l^tæ gen^{it} m^{er}cred^{it} n^{on} habent^t lutem, & stolidient^s, S. Aug^{ust}& char^{act} retinetⁿ infrou^{nt} etiam in^unt. d^uti pars nem ut^{rum} & pro^{pe} borum^{2.} fat^a.
borum deliciæ (*i*) quæ augentur per Sæc XVIII. lectionem S. Scripturæ: *castæ hæc deliciæ* A. C. 1720. in S. Scriptura inveniuntur (*k*) hæc tamen dies Dominica sanctificari potest sine lectione S. Scripturæ, sanctificatur assistendo Sacrificio Missæ, & catechesi, precibus publicis & privatis, frequenter Sacramenta, elemosynis, sublevandis ægrotis & captivis, & aliis pietatis, charitatisque exercitationibus: secus, qui legere norunt, certe lugendi essent, si non alio modo quam S. Scripturæ legendæ præcepto diem Domini sanctificare possent.

II. Pastores illis, qui vel ex propria malitia, vel imbecillitate intellctus cælestem hunc cibum in toxicum converterent, lectionem S. Scripturæ prohibere possunt & tenentur: tales sunt, ut ait S. Petrus (*l*) *inducti & instabiles in fide, qui S. Scripturam depravant, sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.*

III. Inter S. Scripturæ libros dantur quidam, qui vel ex integro vel ex parte quibusdam permitti nequeunt, & S. Hieronymus (*m*) ac Theodore^{tus}

(*i*) Cate. Rom. p. 3. de præc. Dec.

(*k*) S. Aug. l. 10. Confess. c. 12.

(*l*) 2. Petri c. 3. v. 16.

(*m*) Prolog. Comm. in Ezech.

Sæc. XVIII. tus (n) docent, apud Judæos mo-
A.C. 1720. fuisse, ut lectio initii Geneseos, initium
& finis Ezechieli, & integer liber Cate-
ticorum illis ante trigesimum etiam
annum non permittatur: Origenes (o)
S. Scripturæ lectionis studiosissimus
idem in virtute nondum reboratis su-
det, & S. Basilus (p) ad Chilonem Di-
scipulum suum scribit: *Lectiones, m-*
xime N. T. ne insuper habeas, quod ex
lectione *sæpe offendio oriatur, non quod*
quæ scripta sunt, sint noxia, sed quod in-
firmus sit animus eorum, qui offendunt.
Omnis enim panis nutriendo corpori inficit,
sed tamen infirmis fit noxius, ita Scriptura
omnis divinitus inspirata est utilis, &
per seipsum impurum habet, nisi qui illa
talem existimat.

IV. Ob hæreticorum perversionem
& populorum seditiones Ecclesia
quandoque, & in certis locis cog-
batur ut variis cautelis, ut corrup-
tas ex promiscua hac lectione occi-
præveniat.

Sic Innocentius III. (q) & quædam
Concordia (r) ob versionem Scripturæ

(n) Theod. Proem. in Cant.

(o) Prolog. in Cant.

(p) Ep. 1. ad Chilonem.

(q) L. 2. Ep. 141. 142. 236.

(r) Tolosanum Ann. 1229. csn. 14.

Albigensibus & Waldensibus adorna-
tam, & abusum S. Librorum ab eis A.C. 1720
factum compulsa fuere ad ejusmodi
cautelas, quibus fideles a seductionis
periculo præservarentur. Bituricense (s)
etiam & Narbonense grassante Lutheri
& Calvinii hæresi Bibliæ versiones in
linguam vernaculam fidelibus prohi-
buerunt, & dntaxat ab Ecclesia Ca-
tholica & Ordinariis approbatas eis
concessere: imo Narbonense Concilium
eis illarum lectionem prohibuit, nisi
habeant licentiam Episcoporum scri-
ptam, quæ dntaxat post maturum
examen concedenda esset.

Hanc cautelam ob hæreses adopta-
tam, & in præcipuis Ecclesiis observa-
tam, illiusque usum damnare temera-
rium foret, admittenda ergo est infinita
utilitas hujus lectionis, & simul obser-
vanda media ad utilem lectionem ne-
cessaria.

Ad fovendam Christianorum pietatem Psalmorum (t) cantus, Hymnorum
& spiritualium canticorum usus ab Apostolorum ævo stabilitus videtur, primi
fide-

(s) Bituric. & Narb. tom. 15. Conc. Labb.
pag. 1074. & 1578.

(t) Ep. ad Eph. c. 5. v. 19. ad Coloff. c. 3.
v. 16. Conſt. Ap. l. 2. c. 57. & 59.

Sæc. XVIII. fideles omnibus officiis Divinis dev.
A. C. 1720. tissime assistebant, & cum Clericis vo-
ces suas ad laudandum Deum jung-
bant. Plinius de iis testatur (*u*) quae
præstituta die ante solis ortum conuenient.
Et in Christi Dei sui laudem Hymnos iste
se recitent. Tam in Oriente, quam O-
cidente laici officium Divinum cum S-
acerdotibus cantabant: id testantur
S. Basilius (*x*) Chrysostomus, Theodo-
retus, Ambrosius, Augustinus, S. Jo-
stinus & alii.

*Contra
Propositio:
LXXXVI.*

Ergo Ecclesia semper usum sibi
antiquum, sanctum & tantopere com-
mendatum approbat, & duntaxat
præcepit, ut quilibet fidelis hac in
hodierno usui & Ecclesiæ suæ disciplina
contra quam se se erigere, aut eam ca-
pere nefas est, se se accommodet: dan-
nat quoque Tridentinum (*y*) eos, qui
dicunt, *Romanæ Ecclesiæ ritum, quo
missa voce pars Canonis & verba confon-*

(*u*) Plinius secundus l. 10. Ep. 97.

(*x*) Expos. in Ps. I. Ep. 83. ad Neoc. S. Chrys. in Ps. 41. Soz. l. 8. c. 8. Theod. c. 24. S. Aug. l. 9. Conf. c. 7. tract. 22. Joan. n. 5. S. Just. Ap. 2. p. 98. S. Cypr. Ier. Catech. 5. n. 3. & seqq. S. Cypr. l. de co-
Dom. S. Aug. l. de dono Pers. c. 13. lib.
contra Ep. Parm. c. 7. n. 14.

(*y*) Sess. 22. c. 9.

nis de-
eritis v-
m jung-
r (u) qu-
conveniat
mnos in-
quam O-
n cum S-
testant-
Theodo-
us, S. J-
sum ide-
pere com-
duntaxat
hac in
disciplina
at team cu-
det: dan-
eos, q-
n, quo p-
a confeso-
tori
97.
ad Necc
Theod.
raft. 22.
Cypr. Jen
l. de 0
c. 13, lib.
c. 13,

toria proferuntur, damnandum esse, aut Sæc. XVIII.
linqua tantum vulgari Missam celebrari A.C. 1720.
debere.

§. XXII.

Articulus IX.

De afflictionibus & Ecclesiæ ac fide-
lium persecutionibus.

Deus plerumque afflit, qui affligi
promerentur, & afflictionum, quas
Deus suis creaturis infert, plerumque
a peccato seu originali seu actuali pro-
veniunt, quandoque tamen & justos
ad manifestandam suam gloriam, per
ficiendam eorum virtutem & augenda
merita afflit, uti Jobum, cæcum na-
tum, Martyres & B. V. imo Christus
tribulationes denuntiabat sequentibus
eum (z).

Contra
Prop. LXX.
XCIV.
XCV. XCVI
XCVII.
XCVIII.
XCIX.

Non ergo afflictiones & persecutio-
nes sunt certum signum, quod veritas
& justitia propugnetur, etiam error
æque ac veritas suos habet martyres,
si Deus sæpe generosissimos fidei Pugi-
les ad gratiæ suæ glorificationem per-
secutoribus & tormentis tradidit, sæpe
etiam suam justitiam demonstravit poe-
nis, quibus obstinatos errorum defen-
sores

Mm 2

(z) Matth. c. 10. v. 17. Joan. c. 16. v. 2.